... comitem ... retur in paralipomenon ... describuntur per istum natan quem sibi
adoptauit. Alius est propheta qui per ipsum nathan. Cum uero fortiter quid agitur nathan
appellatur. Haec ... iuxta litteram de propheta. Uideamus nunc quam iocundum et
salutis plenum hoc tam graue factum contineat misterium. Dauid qui interpretatur
manu fortis uel uisu desiderabilis xpm significat. Bersabee que interpretatur in latinum
puteus septimus uel puteus satietatis sanctam ecclesiam significat. Urias qui interpretatur
lux mea deus diabolum figurat qui pulcrior et excelsior omnibus aliis ange
lis conditus est. Ne mirum super dauid peccatorem xpm accipiamus. et
per uriam uero innocentem et martirem diabolum. Solet enim xpi nomen
aliquando de atris et nigris describi litteris. Diaboli uero aureis deformari.
Figuraliter in tempore dauid bethsabee uxorem duxit et triumphator diabolo
xps sibi ecclesiam sibi copulauit [illegible] gemmis et monilibus ornatam.
Quam de lectaculo aut lauantem se meridie in abluentem lacrimis poenitentie.
uel sacro delibutam baptismate. Et in meridie id est feruore diuini amoris.
Tunc que sanctificata est ab inmunditia sua. In menstruis quippe erat bethsabee
ideoque inmunda. Sed mox ut concepit menstrua cessarunt. quod duo
ex sanctificacionem. Sed haec sanctificacio uerius nunc in ecclesia agitur. Haec
de misterio spiritaliter dicta. Ceterum hunc psalmum penitendi con
gruere debemus intellegere. Debemus intel. Dauid enim peniten
ciam agens illum cantauit. ideoque ueniam meruit. Utatur ergo
unusquisque poenitens uoce dauid poenitentis et dicat miserere mei ds.

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.
quia ego confiteor inmensam miseriam ideo peto magnam miseri cor
diam tuam. Minor misericordia dei fuit quod hominem qui non erat
formauit in presenti uita ex nihilo ut esset et quod illum regit et guber
nat. Maior autem et magna misericordia illius est ut hominem quem
creauit in futuro remuneret. Cuius enim miserum putat de suis peccatis.